





# Epistle for the Feast of Pentecost


**L**   
 Ecti-o Actu-um Apostoló-rum.

**C**   
 Um compleréntur di-es Pentecóstes, erant omnes discípu-li pári-ter

  
 in e-ódem loco: et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveni-


  
 éntis spí-ritus veheméntis: et replévit totam domum ubi erant sedéntes.


  
 Et apparu-érunt illis dispertítæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra

  
 síngulos e-órum: et replé-ti sunt omnes Spí-ritu Sancto, et cœpérunt lo-


  
 qui vári-is linguis, pro-ut Spí-ritus Sanctus dabat éloqui il-lis. Erant autem

  
 in Jerúsa-lem habi-tántes Judæ-i, vi-ri re-ligi-ósi ex omni na-ti-óne, quæ

  
 sub cælo est. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confú-




sa est, quóni-am audi-ébat unusquisque lingua su-a illos loquéntes.




Stupébant autem omnes, et mirabántur, dicéntes: Nonne ecce omnes isti,



qui loquúntur, Ga-liláe-i sunt? Et quómo-do nos audívimus unusquisque




linguam nostram, in qua na-ti sumus? Parthi, et Medi et Ælamítæ, et




qui hábi-tant Mesopotámi-am, Judæ-am, et Cappadóci-am, Pontum, et



Asi-am, Phrýgi-am, et Pamphý-li-am, Ægýptum, et partes Líby-æ, quæ est



circa Cyrénen, et ádvenæ Románi, Judæ-i quoque, et Prosé-ly-ti, Cretes,



et Arabes: audívimus e-os loquéntes nostris linguis magná-li-a De-i.